



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispositio Et Perioche Historiae Evangelicae Per IIII.
Euangelistas contextæ, necnon Actuum apostoloru[m],
Epistolaru[m] quoq[ue] Pauli XIII. & Canonicaru[m] VII.**

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1553

VD16 B 9605

Liber VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35634

HISTOR. ACT. APOST.
LIBER VI.

- Cap. 25. **E**XTREMO hoc libro absoluetur huius (ut se-
dicam) fabulae catastrophe. Posteaquam enim co-
ram Portio Festo et rege Agrippa diserte causam suam
egisset, & Caesarem appellasset, Iulio centurioni traditus,
per uaria maris Mediterranei pericula, primum in
naui Adramyttina, mox in Alexandrina Romam ab-
ducitur. Ceterum in Adriatico mari naufragium per-
petitur, sed saluus una cum reliquis (sibi à deo donatis)
quos ea nauis uexerat in insulam Meliten euadit. In hac
uiperam è manu pendente excutit in focum, & Publij
patrem febribus & dysenteria grauiter laborantem re-
stituit. Deinde post tres menses iterum nauis impositus
Puteolos appulit, inde uero pedes Romam deuenit, in
hac uero biennium in libera custodia exegit, praedicans
regnum dei, nemine prohibente.

Interitus
Pauli.

2. Tim. 4.

HVCVSQVE uero persequutus est Luc-
Actuum apostolorum Pauli potissimum historiam. Ca-
tera scriptores (referente Erasmo) non indiligentes, et
uarijs coniecturis uidentur addidisse: uidelicet Paulum
primum apud Neronem dicta causa fuisse absolutum, et
libere ubi uellet Euangelium praedicasse annos decem.
Tandem ubi Neronis saeuitia iam processisset in rabiem,
uocatum esse ad eius tribunal & capite truncatum.

Ceterum

Cæterū quod ipse Lucas historiā non longius prosequutus est, non modo ea uidetur esse caussa quæ à plerisq; creditur, quod morte interceptus, plura non potuerit: sed quod eatenus illā persequi uoluit, quatenus religioni Christianæ conduceret ac necessarium uideret: id ergo cum hætenus satis fideliter præstitisset, non erat quod Lectorem copiosiori oneraret Historia. Iam etsi Hispanias & Gallias deniq; ipsam Italiam peragrasset Apostolus, ipseq; Lucas et hanc profectionē hisce adiecisset, quid obsecro post locorū, urbium & miraculorum diuersitatem ab ijs quæ dicta sunt noua aut diuersa dixisset? maxime cum uideamus in superiori historia eandem rem decies esse repetitam. Christus enim heri & hodie Heb. 13. idem in secula. Quorsum ergo opus erat multa lectorū molestia eadē subinde oberrare chorda? Sanè prudentiæ scripserim quod hætenus duntaxat historiā scripserit.

Cur Lucas non continuerit historiam,

DISPOSITIONIS
ET PERIOCHES HISTORIAE
EVANGELICAE SECUNDUM
IOANNEM,
LIBER I.



VI aliquid ratione certa & insigni cum fructu exponere uolunt, expositioni suæ

Summa totius euangelij.

F